filii ennon ut nemo consecraret filium suum aut filiam per ign
abstulit quoque equos quos dederant reges iude soli in introitu templi
exedram nathanmelech eunuchi qui erat in farurim
combussit igni. altaria quoque que erant super tecta cenaculi
erant manasses in duobus atriis templi domini destruxit
inde et dispersit cinerem eorum in torrentem cedron. Excel
in ierusalem ad dexteram partem montis offensionis que edif
ydolo et [illegible] et chamos offensioni
[illegible]

U.q. 19, 1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-587861-p0002-4

# DISPUTATIO
De
# COMMISSARIIS,
deſumta
## Ex jure Civili, Canonico, Feudali & Camerali,

Quam
Jehova feliciter adjuvante
Ex decreto & Auctoritate
*Magnifici & Nobiliſſimi JCtorum ordinis in hac Salana florentiſſima*
Sub Præſidio
Viri Ampliſſimi Clariſſimi & Conſultiſſimi
**Dn. WOLFGANG WERTHERI**
Mülpfohrt/ J.U.D. P.P. Curiæ provincialis, ibidemq; Scabinatus Aſſeſſoris digniſſimi Fautoris & Præceptoris ſui omni animi cultu honorandi.

*Pro licentiæ inſignibus, privilegiis & immunitatibus in utroq; jure conſequendis ad diem 12. Julii.*

Publicæ disquiſitioni ſubjicit & proponit
**JOHANNES Reuter Bitterfeldâ Saxo.**

Plat. in Hipp. maj. Talia quidem noſtra ſunt, non qualia quis optaret, ut trito proverbio fertur, ſed qualia eſſe poſſunt.

JENÆ
Typis JOHANNIS BEITHMANNI, 1621.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-587861-p0003-0

# IN NOMINE DOMINI NOſtri Jeſu Chriſti ad omnes actus, ad omnia conſilia progredimur, *l. 2. C. de offic. præf. præt. Afric.*

LIcet paucisſimæ in jure noſtro, imò fermè nullæ diſputationes de Commiſſariis, nullique Commentatores de Commiſſionibus præter *Rutger. Ruland. Nicolaum Kreckerum Fulgentium F. Francofurtenſem,* ac paucisſimi, inquam, excepti in ſcholis reperiantur, ſicq; ea, quæ rarò accidunt, non adeô curæ eſſe debere arti *l. 3. 4. 5. 6. ff. de LL.* Nihilominus & eorum ratio nonnumquam habenda § *22. inſula I de Rer. div. l. 12. de legit. hered. Donell. 1. Comm. c. 15. in fin. Pac. enant. part. 1. q. 10.* Uti videmus in Materia noſtra commiſſionum; licet in theoria, trita, & vulgaris; in praxi tamen teſtante *Gerhardo de Maynard.* teſtantibus & omnibus antiquis practicis anima fermè proceſſus eſſe dicitur, qua in toto proceſſu nulla fertilior, nulla illuſtrior. De cujus utilitate & fertilitate pro inſtituto aliquid primis labiis attingemus.

## POSITIO.

1. Quemadmodum autem Interpretes Juris prius de materiæ origine agunt *l. 1. de orig. jur. Heig. q. 1. n. 1.* quod & Stoici ſtudiosè fecêre, quos imitati ſunt noſtri JCti *Ulpianus, Gaius, Labeo,* cùm lucem illa afferat per ſe magnam *arg. l. 2. ff. de orig. jur. Grajus lib. 1. ad LL. 12. tabb. & lib. 7.* ita illud inſtitutum & ego ſequar. Origo.

2. Et puto Commiſſionum originem non adeò latuiſſe Judæos ubi Actor & Reus plerunque coram Judicibus (maximè in criminalibus) teſtes examinabant *Cic. in orat. pro L. Flacco.* Sicque interrogationes teſtium & accuſatoris & defenſoris fuerunt, & ejus qui producit, & ejus contra quem producuntur *Quintilian. lib. 5. de interrog. teſtib. Marant. part. 3. num. 133. & 136. Barnab. Briſſon. d. formul. lib. 5. fol. 476. in edit. Francofurt.*

3. Ex veteri jure Romanorum judices edicta teſtium notarunt, & quidem tempore Pompeji, cujus Lex ſic ordinat teſtes; Per triduum audivit dicta eorum, judices conſignarunt, qui mos antiquis in uſu erat *Carol. Sigon. de judic. c. 15. de teſtib. Bud. in forenſib. 73. Petr. Ayrault. in l'ordre & formalit. de proceſſib. lib. 3. pag. 5. verſ. 36. fol. 502.*

4. Quo tamen more & modo examinandi teſtes ſublato, cùm nemo rectiùs de teſtibus, ac illorum genio & ingenio judicare queat, quam qui eos ipſe audit, quique ſecundum dicta & edicta ſententiam regulat. Unde tritum illud, judices debere examinare teſtes *l. 3. § 3. & 4. de teſtib.* Cum & teſtes ab ipſo evocari & ad ipſum redire dicantur *l. 37. §. 2. verſ. judicialibus ad judicium vocari ſententiis C. de Epiſc. & Cleric.* Quod & hodiè inprimis in Camera practicatur, ſi modo res litigioſæ aut teſtes examinandi ſint in loco *Felin. c. 2. in fin. de Inſtrument. Hartm. pract. obſerv. lib. 2. tit. 17. obſ. 25. pr. Hieron. de Monte in tr. de finib. regund. c. 30. n. 2.*

5. Cum verò judex multis ex cauſis impediretur, quo minus intereſſe queat examini teſtium, alius modus inventus eſt examinandi teſtes, non quidem priore ſublato, ſed ut judex cum eo cumulativè concurrat. Quod fit ſi judex alteri hoc officium examinandi teſtes ex juſta & probabili cauſa *Menoch. de arbitr. judic. quæſt. caſ. 202.* mandet *Clem. unic de offic. de legat. arg. l. 1. de procur. Martin. Delrio in disquiſition. Magic. ſect. 5. n. 2. lib. 5. 7.*

6. Cauſa autem impedimenti in Camera duplex eſt; Una eſt multitudo cauſarum, quibus Aſſeſſores ſufficere nequeunt.

queunt *Gail. lib. 1. obſ. 141. n. 7.* Sicque lites ultra biennium aut triennium aut in infinitum creſcant *l. properandum. 13. C. de judic.* Altera eſt abſentia teſtium ſeu partium, ſi nimis diſſiti, aut remoti ſint à loco judicii *c. cum cauſam extr. d. teſtib. c. & quoniam 7. de teſtib. l. 18. & ubi Dd. C. de fide inſtrument. Boccat. literis remiſſ. c. 30. n. 41.* Neve magni ſumtus cauſentur, ſi ſemper aliquis aſſeſſorum ex Camera mittatur. Ideò & hæc clauſula plerunq; in commiſſionibus adjici ſolet, zu Beförderung der Sachen vnd der Partheyen groſſer Mühe vnd Vnkoſten zu entheben *Proſper. Farrinac. in tr. de teſtib. lib. 3. q. 77. tit. 8. c. 9.* Magenhorſt *ad ordin. Camer. part. 3. tit. 16.* Quod æquè obſervant inferiora judicia Hoffgerichtsordnung Heinrich zu Braunſchweig *de Anno 1592. tit. 42. ibi:* Es ſollen die Zeugen durch vnſere Hoffrichter vnd Beyſitzer mit Fleiß befragt vnd verhöret werden. *Et in comitatu* Spanheim *anno 78. tit. 52.* Es ſollen die Zeugen durch das Gericht jeder zum wenigſten durch zween Schöpffen vnd Richter vnd Gerichtsſchreiber/etc. *Dambud. in praxi rer. civ. c. 170. n. 5.* Churf. Mauritii Sächſ. Ordnung *ſub tit.* von Poen des ſeumigen *Commiſſarii* in der Verhör der Gezeugen.

7. Cum Etymologiæ magna ſit vis, ita ut etiam argumentum ab ea deſumi poſſit *l. 1. de pact. l. 1. de acquir. poſſ. l. 1. de J. & J.* cum intellectis verbis eo rectius rem ipſam intelligamus, eaq; ſunt ſigna rerum *§. 2. J. de donat.* nec facilè quis poteſt decipi in re cognoſcenda, qui virtutes vocabulorum benè perſpectas atq; cognitas habet *Ariſt. lib. 1. Elench. Everhard. in top. loc. 19.* Quod & exemplo nos docet princeps Philoſophorum *Ariſt. lib. 4. phyſic. text. 57.* Ubi de Inani diſputaturus nomen inane explicat. Ita & prius de Etymologia docebo. Etymologia.

8. Illud autem verbum Commiſſarii latiſſimè patet, & eos omnes in genere comprehendit, quibus negocia expedienda mandata ſunt *Molin. in conſult. Pariſ. §. 6. gloſſ. 6. in verb. rendre conte.* Et is in genere dicitur, cui aliquid gerendum committitur *Jacob. Laureat. in tr. de Judic. ſuſp. c. 6. num. 6. Raphaël. Cyl. in tr. de Judic. pontific. in pr.* Unde ad legatos Cæſaris quæ publicis negociis præficiuntur, & ad multos alios

illud vocabulum accommodatur *Gail. 1. obſ. 9. Milæus Rebuff. de Inquiſit. Gabriel. Cappuis in tr. l' eſtat. lib. 11. fol. 738.* Sicque nomen Commiſſarii uti & nomen commiſſionis plures & varias habet ſignificationes *Budæus in l.1. Herennius de Evict. f. 140.* dicitur autem verbum committere à particula, cum & verbo mitto, id eſt, mando: Ideò etiam hæc duo verba multis in locis eandem penè ſignificationem habent *c. mandato. de Simonia l.1. l. ſi remunerandi & tt. ff. & C. mandat.* & delegationem denotant *Rutger. Ruland. lib. 1. c. 2. de Commiſſar.*

9. Tradita jam Etymologia ſequitur ordine ipſa definitio, quæ vim & naturam Rei demonſtrat *Johan. Ram. in Elench. Regul. jur. lib. 1. axiom. 2. Everhard. in top. in loc. à definitione, quæ ab Athanaſio apud Breulæum in tractatu de Renunciat. princ.* dicitur oculus, quæ vim rationis & quę mente concepimus breviter explicat. Ideoque qui absque definitione rem docet, ipſi accidit, quod cœco viatori hinc inde erranti uſu venire ſolet *Sebaſtian. Medic. in tr. de definitione.* Et licet definire rem res ſit periculoſiſſima præſertim in jure *l. 202. de reg. jur. Valla lib. 6. c. 36.* craſſa tamen Minerva Commiſſarium potius deſcribere quàm definire malo; Quod Commiſſarius ſit perſona idonea ob impedimentum judicis, ab utraque parte vel alterutra ad recipiendas rei dubiæ probationes denominata, & adhoc ab ipſo cum inſtructione ordinata *Hyppolit. de Marſil. in tr. bannitor. in verb. Commiſſario n. 63. Maſcard. in tr. in verb. mandatum & idem in pr. lib. 1. q. 5. Felin. c. ſciſcitatus ext. de Reſcriptis.*

Qualitas Commiſſariorum.

10. Cum magna negocia magnos atque peritos requirant viros Richter *in axiomat hiſtor. f. 101. axiom. 11.* Ideò non quivis Commiſſarius absq; ullo reſpectu erit eligendus, cum litigantiū quamplurimùm interſit, habere viros ad recipiendum & examinandū teſtes idoneos, minimeq; ſuſpectos Cam̃erg. Ord. *part. 3. art. 16.* §. dieweil *in verbis,* So ordnen wir / daß hinfürder niemands / es ſey auch wes Standes er wolle / zur *Commiſſion* verordnet werde / er ſey denn darzu tüglich vnd geſchickt erkant vnd geachtet. Non itaque partes (quod proh dolor hodie cum periculo & pernicie clientum fit) ex commendatione ſimplici, aut precibus aliorum Commiſſarios ſibi

bi obtrudi, patiantur, ſed ipſæ inquirant, & eligant viros, pios, doctos, & veraces *c. ſi quis teſtium & ibi Dd. c. cum cauſam & ibi Abbas n. 22. de teſtib. l. 1. C. de offic. Magiſt. offic. l. ſancimus 6. in pr. C. ad L. Jul. repet.* Magenhorſt *part. 3. fol. 397.* Sicq; qui ſunt ſufficientes & habiles ad examen teſtium, quæ ſufficientia ex hiſce verſiculis colligitur.

*Primùm præcipitur, quod ſit ſine crimine Præſul,*
*Magnanimus, ſobrius, prudens, ornatus & hoſpes*
*Caſta docens, non percuſſor, non litigioſus*
*Non cupidus, benè diſpoſitus, non neophitus*

*Hoſtienſ. in tit. de offic. judic. delegat. §. cui poteſt & ſub tit. de tempor. ordin.*

11. Imprimis autem requiritur ut commiſſarius ſit legitimè natus Cammergerichts Ordn. *part. 1. tit. 3.* §. deßgleichen / *in verbis:* Eines erbaren Weſens vnd Wandels / auch rechter natürlicher ehrlicher Geburt *Mynſ. cent. 4. obſ. 31.* Unde excludimus regulariter ſpurios: Et ex illegitimo matrimonio natos *Mynſ. d. lo.* Cum in Commiſſario egregiæ requirantur animi dotes, quæ interdùm in ſpuriis deficiunt, & malus corvus malum ovum. ſecundum verſic. *Horat. lib. 4. Od. 4.*

*Fortes creantur fortibus: & bonis*
*Eſt in juvencis, eſt in equis patrum*
*Virtus; nec imbellem feroces*
*Progenerant aquilæ, columbam.*

Cumque ſæpiſſimè Doctores & Licentiati ſint Commiſſarii, ſpurii autem in multis univerſitatibus à gradus Doctoratus & Licentiæ arcentur, ut Baſileæ, Tübingæ, &c. *Mynſing. part. 4. obſ. 31.* Ideò ſi contra talem perſonam excipiatur, non erit admittendus *arg. lib. 1.* Cammerg. Ordn. *c. 3.* Licet aliter obſervetur ex conſuetudine Genuenſi, & aliter etiam olim in quibusdam certis caſibus ad dignitatem ut decurionatum admiſſi fuêre *l. honores l. ſpurii §. ſpurios de decur. l. à decurionatu de Excuſ. muner. Petr. Heig. q. 19. n. 55.*

12. Ita etiam Commiſſarius eſt eligendus qui ingenio pollet, cum plurimæ ipſi ſint diſcendæ artes, quo opus hoc arduum commiſſionis rectè aggrediatur, aggreſſum dirigere, directumque ad finem optatum perducere poſſit *Bartholom.*

*Phi-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-587861-p0009-7

*Philipp. in tr. de conſil. principis diſcurſ. 6. in Rr. de qualitatibus quas Thucidides n. 25. fol. 4.* *Germanicè* bald und wol reſolvirt oder reſolut ſeyn / helt man vor eine Fürſtliche Tugend *Adam Keller. cap. 2. circ. fin.* Quod vix in ſtupido fieri poteſt, qui ſemper in vanum laborat Herr Johannes *in eodem*, ſecundum proverbium illud:

*Cum plurimum laboravimus*
*in eodem ſtatu ſumus.*

13. Sit etiam eligendus, qui ſit perfecti & non mutilati, ſed benè compoſiti corporis eines wolgezierten Leibes und wol compoſt / cum in eleganti corpore, elegantes præſumantur virtutes *Camerar. in hor. ſucciſ. c. 82.* Et ſpecies corporis eſt ſimulacrum mentis *Div. Ambroſ. lib. 2. de virgin.* Econtra corpori deformi rarò nobilis formoſusque reſpondet animus *Guazz. de civil. converſat. lib. 3. Galen. in lib. de temperamentis 2. cap. 6. unde Martialis ad Zoilum lib. 12. Epigram. 54.*

*Crine Ruber, niger ore, brevis pede, lumine luſcus,*
*Rem magnam præſtas Zoile ſi bonus es.*

Ideò etiam Lex divina prohibuit gibboſos & mutilatos ſacrificiis fungi *Levit. 21.* quod imitati ſunt Ethnici *Plin. lib. 6. c. 28.* Eligatur itaque Commiſſarius, qui ſit ſtaturæ non nimis proceræ, cum illa ſtatura maximos plerunque ſecum fert defectus ſecundum proverbium: *Amens longus, & nihil ab Elephante differt: Germani* Groß und ungeſchickt / groß und foes. Nec eligatur qui nimium parvus inſtar pygmæi ein klein Zwerglein / cum plerunque ira excandeſcat, & riſui ſit aliis. Ideò Johannes Maria de Caſtello Juris canonici peritiſſimus tàm brevis ſtaturæ fuiſſe perhibetur, ut ſtans verba faciens, videatur genua flectere; unde deriſus, & ab Epiſcopo quodam alter Zachæus appellatus *Johan. Andr. in proœm. Sixt. in gl. in verb. à multis.* Sed eligendus mediocris ſtaturæ homo, quam ſtaturam Julius Cæſar referente *Didaco d' Alaba in tr. egregio de perfecto capitaneo lib. 1. fol. 34. hiſpanicè conſcripto* approbavit. In dubio tamen minor præ majori eſt eligendus, quia plerunq; ſcientia & prudentia plus valent ſecundum verſus:

*Utilior Tydæus, qui ſi quid credis Homero*
*Ingenio pugnax, corpore parvus erat.*

Un-

Unde noſtri Germani, Er iſt klein hurtig vnd wacker / Er iſt klein Männlin aber ein wacker Männlin *Kaller c. 28. lib. 1. de offic. jurid. polit. Johan. Camer. in annot. ad Julium Solin. polyhiſt. cap. 5.*

14. Eligatur & ille qui perfectæ ſit ætatis *c. judicante 30. quæſt. 5. c. quoniam de probat. c. cum clerici extr. de ſentent. & re judic.* Ideo nec impubes Principis autoritate & poteſtate eligi poteſt *arg. l. 12. de judic.* Qui defectus non oritur in Principe, ſed in ſubjecto ſcilicet in perſona impuberis, uti dicunt noſtri Reverendi Theologi, Deum non poſſe, ea quæ implicant contradictionem, quod non eſt ex defectu potentiæ divinæ, ſed ex defectu ſubjecti, creaturæ ſcilicet, quæ contradictoriorum non eſt capax *Rutger. Ruland de commiſſ. lib. 1. cap. 12.* Et licet de ſtricto jure octodecim anni requirantur in delegatis *l. 41. cum lege de recept. arbitr. c. cum in jure peritis 31. c. cum vigeſimum 41. de offic. & poteſt. judic. deleg. Majolius de Irregularit. cap. 30. n. 3.* ſuaderem tamen majorem eligendum ſi haberi poſſit, viginti quinq; aut 30. annorum, quia in homine tum demum incipit perfectum judicium *l. 15. § 6. ad L. Jul. de adulter. Cujac. in comment. ad tit. de reſtit. in interg. pr.* Et in commiſſario requiritur expirientia, quæ venit ex uſu & ex praxi, unde nos Germani dicimus: Kälberey henget den Kindern an / wie Pech an den Wagen / oder Verſtand kommet vor Jahren nicht. Ideò & illa ætas dicitur perfecta *l. ſi reliquero. 8. de legit. tutor. l. 25. §. 1. de probat. l. 32. de minor.* dicitur & juſta *l. 2. vac. mun. Keller. de offic. jurid. polit. c. 28. lib. 1. Uſill. ad Regias conſtitut. c. 4. verſic. quo caſu. Petr. Mantarroſ. in tit. de habilitat. fol. 9.*

15. Quemadmodum autem Commiſſarius peritos artifices in commiſſione adhibere debet, ita & ipſe peritus ſit Cammerg. Ordn. *part. 1. tit. 3. quo etiam ſpectant Verſus Georg. Sabin. in ſpeculo aulico lib. 1.*

*Is caveat rudibus, ne quid committat aſellis*
*Qui benè curatas res volet eſſe ſuas.*

Et ideò ſi ſint imperiti propter hanc cauſam recuſari poſſunt *c. qui in aliquo diſt. 51.* uti exemplum extat in Camera in *cauſa* Münſter. contra *Oldenburg.* & in cauſa Bodenhauſen. con-

tra Raven *Gilhauſen. deciſ. 18. in c. 7. lib. 2. Burſat. conſ. 365. n. 7. vol. 4.* Ob id etiam Germani noſtri requirunt daß er auff allen Sätteln gerecht ſey / ein tauſend Künſtler / ein Herr Reinicke / *Waremundus ab Erenberg. fol. 69.* Quod tamen vix eſſe poteſt, à quo etiam antiquitas abhorruit.

16. Inprimis verò requiritur ab illo Juriſprudentiæ cognitio, quaſi regina reliquarum virtutum *Albani Spinaz. lib. 2. politor. de art. jur. c. 1. & 2.* Unde etiam Interpretes Juris dicuntur excelſi Magnifici *Cic. lib. 2. offic. in edit. Antverpienſi pag. 98.* Et licet aliàs à quibusdam Naſutulis contumeliosè in JCtos invehatur cum Angelo in ſuis præcognit. Logic. & Jacob. Zabarell. in libro de Naturalis ſcient. conſtitut. *cap. 33.* per verba iſta Juriſten böſe Chriſten / Tamen Beſold. Profeſſor Tübing. *Angell. Matheac. in tract de via & ratione Juris lib. 1. cap. 10.* per totum & *Finckelthuſ. ſyndic.* quondam Lubecenſ. de certitudine Juriſprudentiæ contra quosdam Miſonomos & vituperatores legalis ſcientiæ hoc dicterium refutant & dicunt rectius debere poni pro Böſe / Beſten / id eſt, beſte Chriſten. Et licet hodie quam plurimi reperiuntur, qui velut Aſini doctorantur, proh dolor, dedecus ac vituperium maximum, qui ſunt buſuli, vel honeſtiori titulo oves & boves & pecora campi qui meritò legum dolores dici poſſunt & illarum dolores & aſſaſſini, qui venalitiarii etiam poſſunt vocari, vendunt enim leges non quas habent, ſed quibus non ſunt digni, veluti rem alienam furtivè, & peſſima fide, ipſasque precio numimario dehoneſtantur contra *l. 1. §. 5. de Extraor. cognit. Rutger. Ruland. de commiſſ. 1. c. 26.* In quos dicterium illud optimè locum habere audacter affirmo Juriſten böſe Chriſten.

17. Cum ſit eligendus qui ſit idoneus Cammerg. Ordnung. *part. 1. c. 3.* maximè idoneum iſtum credo, qui virtute præditus eſt *l. 42. de V. S.* quæ à JCtis verè dicitur illam nobilitare *c. nos qui ibi morum nobilitate diſt. 40. c. pen. ibi virtutum nobilitas extr. de probat.* Ideò virtutem *Tacitus* vocabat ſummum hominis bonum *4. annal.* Et quidem ſola nobilitat.

*Tota licet veteres exornent undiq; ceræ*
*Atria, Nobilitas ſola eſt atq; unica virtus.*

*Juvenal. Satyr. 8.* Et Germani: Da Adam hackte vnnd Eva ſpan / wo war da der Edelman / ſecundum verſus:

Si

*Si pater eſt Adam cunctis ſi mater & Eva*

*Carne omnes ſumus, nobilitate pares.*

*Degenerant homines vitiisq́; fiuntq́; minores*

*Exaltat virtus nobilitatq́; genus.*

18. Eſt etiam eligendus, qui eſt temperans cibo potuq́ue: Vitet itaq;. Commiſſarius ebrietatem ex juſſu verbi divini *Tob. 4. verſ. 29. 30. Eſaiæ. 5.* Ne ex commiſſione fiat commeſtio, ut Heluones loquuntur, Kom Jß / Friß / Sauff / ſicq́ue commiſſarii fiunt commeſſatores *Budæus in l. ſiquid venditi de Ædil. Edict.* Neve Ebrius divulget ſecreta commiſſionis ſecundum *Horat. lib. 1. Epiſtol. 5.*

*Quid non Ebrietas deſignat? operta recludit.*

Quod tamen Magnates hodiè in more habent, ut Legatis peregrè venientibus propinent, quo à vertice usq; ad pedes, gar ſtickwickende voll inebrientur, ſicq; ſecundum illud:

——— *Arcanaq́; cuncta*

*Vinum errans aperit.*

Quod benè eſſe notandum tradit *Brun. de Legat. lib. 2. cap. 11. fol. 70.* Modicè tamen vinum uti Timotheus vmb deß Magens willen / *1. Timoth. cap. 5. verſ. 24.* Quia acuit ingenium & lætificat cor hominis *Pſalm. 104. verſ. 15. Ovid. lib. 1. de art. amand.*

*Vina parant animos, faciuntq́; coloribus aptos.*

Germani ita dicunt: Einen ehren / ein zimliches Trünck-lein thun / fein frölich vnd in Ehren fein luſtig ſeyn / oder einen Timotheus Bruder agiren. *Eccleſiaſtic. cap. 32. verſ. 12.* ſi modò vinum ſumtum ad hilaritatem, non ad inſaniam *Levin. Lemn. in exhortat. ad vit. opt. inſtit. c. 22. & de occult. natur. mirac. cap. 17. lib. 2.*

19. Cum itaq; Commiſſarius repræſentet perſonam Principis requiritur ab eo, ut ſic gravis Cammerger. Ordnung *part. 1. tit. 8.* cum etiam non minus in moribus præſertim gravibus quam ſcientia ſitum eſt *l. 7. C. de profeſ. & medic. lib. 10. tit. 52.* Sicq; gravitas timorem quendam facit *Camer. in horis ſucciſ. cap. 6 in fin.* abſit verò ſeveritas nimia & indulgentiæ facilitas, quæ per ſe & disjunctim nocent, tanquam atrociſſimæ Scyllæ & voraciſſimæ Charybdes evitandæ, ſed

cum ſeveritate aliquid admixtum habeat cum correctione, uti Nos Germani dicimus, Etwas mit Ernſt doch mit Beſcheidenheit ſagẽ/ oder man muß ein wenig gravitölpiſch quid? dicam, gravitetiſch ſeyn/ *Keller. de offic. Jurid. polit. cap. 18. lib. 1.*

20. Ne paginæ nimium excreſcant, & jam cognovimus, quales eſſe debeant Commiſſarii & facili Minerva judicare poſſumus, qui non poſſunt adhiberi ad hoc officium, ex ratione contrariorũm *l. 1. de his qui ſui vel alien. jur. pr. Inſt. eod. pr. Inſt. de tutel. & ibi Schneidw. Vultej.* ſic furioſus, cœcus &c. removetur à commiſſione nec poteſt judicare *l. 6. de judic.* ita nec furioſus judicare poteſt *l. 12. §. 1. de judic.* ſurdus *arg. d. l. 12.* cum prætor. Ita nec mulier regulariter *arg. d. l. 12. l. 1. d. l. 1.* Si ſcilicet ſit privata; ſecus ſi habeat Jurisd. & Regalia, quarum multa ſunt in Germania, das Kloſter Burſchat/ Aeptißin zu Münſter/ in Regenſpurg/ Aeptißin zu Quedlinburgk/ ꝛc. Quid de Hormaphrodito. ℞. Si magis inclinat ad ſexum maſculinum poterit eſſe Commiſſarius *l. 10. de ſtat. homin. Kormann. de virginitat. c. 133.*

Qui petunt Commiſſarios.

21. Cum in materia probationum plurimum conſenſus partium poteſt, convalidat enim atteſtationes per ſe invalidas *Innocent. in c. olim cauſam de reſtit. ſpoliat.* Judex terminum ad probandum, niſi petatur, dare non tenetur *l. 4. C. de dilat.* Cum præſentatio commiſſarii hodie penes producentem ac conſenſu in eundem magna ex parte penes adverſam partem conſiſtat: Licet aliquando, ut lis eò citius finiatur Judex ex officio ſuo terminum præſcribere poſſit *arg l. 15. C. de Judic.* Ob id Judex etiam Commiſſarium ordinare propriè dicitur *l. 18. C. de fid. inſtrum. c. ſi quis extr. de teſtib. Alex. Stiatic. in obſ. pract. c. 16. n. 15.*

22. Quilibet autem poteſt petere commiſſionem, niſi quis ſpecialiter prohibeatur, præſertim illi quibus hoc per ſententiam Judicis impoſitum eſt *l. 4. C. de dilat. l. 12. de probat.* ſive affirmativa *l. 2. 21. 22. de probat.* ſive negativa in judicium deducta ei onus probandi incumbit, ſi modo illa negativa ſit firmata loco, tempore, perſonis &c. *Marant. part. 6. depoſition. n. 1. in fin. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. caſ. 435. n. 2. Pacian. in tract. de probat. lib. 1. cap. 16. & ſeq. 35.*

23. Actor

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-587861-p0014-1

23. Actor autem regulatitur probare habet *l. 4. C. de Edend. l. 21. de probat. c. inter dilectos in fine de fid. inſtrum.* dicitur autem actor ille, qui prius ad judicium provocavit *c. forus verb. accuſat. d. V. S. l. 2. §. 1. comm. div. l. 13. §. 2. de judic. c. ex literis extr. de probat. Aſin. in tr. de execut. §. 3. cap. 162. n. 6. Duar. in tit. de judic. cap. 4. Pacian. de probat. lib. 1. c. 57. n. 15.* Quod & in Camera obſervatur. Ubi actor prius commiſſionem ad probandum ſuum intentum petit *Pacian. d. lo.* Liberum tamen Reo ſit num in omnibus cauſis cum Actore concurrere velit. Eſt enim in ipſius favorem introductum, ut poſt actorem producat, proinde ei rectè renunciare poteſt *l. 29. C. de pact. Johann. Andr. c. filii, de hær. in 6.*

24. Petat autem commiſſarios per Libellum (per talem qualem petitionem) Judici oblatum, qui fundamentum litis *auth. offeratur C. de litis conteſt. c. fin. extr. de lib. obl. Nov. 53. c. 3.* ſive autem oretenus ſive in ſcriptis fiat Libellus ſeu petitio, & nomina teſtium debent exhiberi, & teſtium examen peti *Receſſ. viſitat. anno 1583.* quod tàm in Camera quàm in aliis curiis obſervatur *Budæ in forenſibus §. edere teſtium fol. 72. 79. verſ. ſi te paucitas.* 2. In petitione addatur in qua cauſa in quo puncto petatur commiſſio *Viſitat. Receſſ. de anno 1562.* cum proceſſus multa ſingularia habeant capita *arg.* Cammerg. Ordnung *part. 2. c. 22.* 3. Adjungendi ſunt articuli ſuper quibus commiſſio impetranda. 4. Petens commiſſionem nomen dat Judici, qualem & quem commiſſarium velit, addat & cognomen, cum commiſſio facta incertæ perſonæ non valeat *Dominic. Germiniani conſ. 75. n. 2.* ſi tamen aliunde in libello generali poſſit conſtare de certa perſona illa petitio valebit, nec recuſatur *Menoch. de præſumt. lib. 2. præſumt. 86.* cum Judici incumbat, ut Lites quamprimùm finiantur *l. 13. & ibi Dd. de judic.* 5. Reo priusq; ad reſpondendum compellatur, edenda eſt copia hujus, quod etiam conſtat ex J. civ. *auth. litigioſa C. de Litigioſ. auth. offeratur C. de Lit. conteſt. c. 2. extr. de libell. oblat.* non ſolum autem ipſa petitio ipſi Reo exhibeatur, ſed etiam ea quæ cum ipſa petitione jungantur quæ vulgò dicuntur, Beylagen *Dd. communiter in auth. offeratur. C. de Lit. conteſtat. & in Abb. Ant. de But. in c. 2. extr. de lib. obſ.*



25. Si

25. Si itaq; commiſſarii mittantur à Camera, omninò commiſſio eſt expedienda, cum omnes ſubditi obedire cogantur mandato Principis aut ſuperioris *lib. 1. Reg. 6. 14. Esdræ c. 7. in fin. c. 2. de major. obed.* Unde etiamni commiſſione adjici ſolet auß Keiſerlicher Macht hiermit befehlendt/item illa clauſula, daran thut jhr vnſere ernſtliche Meynung / cum ſit munus publicum & utilitate & authoritate ad exemplum Legati, qui invitus etiam cogi poteſt ad munus expediendum *l. 4. §. 5. de Legat. l. 1. §. 1. de muner.* ad exemplum procuratoris *l. invitus 17. C. de procur.* Ita quoque commiſſarius ſeu executor teſtamenti cogi poteſt ad exequendum *Burſat. conſ. 299. n. 1. volum. 3. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. caſ. 444. n. 1.*

26. Niſi ſeſe excuſent ob neceſſitatem, tunc enim debet reverenter notificare & ſupplicare Principi pro exoneratione ſua *arg. l. 27. §. ſi quis §. qui mandatum ſuſcepit 7. ff. mandat.* aut ſi ſe oneri impoſito imparem judicet. Cammerg. Ordn. *part. 3. tit. 48.* §. vnd ſo alſo. Si modo illa excuſatio juſta *Rubuff. in tr. Excuſ. n. 10.* & legitima *Petr. Mortan. de tut. cap. 25. n. 1.* Münſteriſche Ordnung *tit. 20. ibi:* Soll der *Commiſſarius* ferner ſeine erhebliche Vrſachen vorzuwenden gezwungen vnd gehalten werden / quæ tamen talis vel non arbitrio Judicis relinquendum puto *arg. l. 1. de Jur. deliber. Paleot. part. 5. quæſt. 3. in ſuo tr.* Aliquando tamẽ etiam arbitrio Commiſſarii relinquitur an ſuſcipere velit com̃iſſionem vel non, quale exemplum ponit *Barth. fol. 571. lit. b. part. 2.* So fern ſich D. S. hievevor bewilligten *Commiſſarii* der Sachen vnnd der Verhor nicht beladen wolten / daß D. B. als den andere Vnpartheyiſche zue *Commiſſarien* ernennen ſoll. Itaq; ex urbanitate ſeſe excuſare poteſt, quod plerumq; fit cum à partibus præſentatur commiſſio tunc ne ſe ingerere Commiſſarii videantur, honeſtè fein höfflich ſe prius excuſent tenuitatem ſuam profitendo, & ſi fieri poteſt, ſe exonerando quod licet hodiè aliter practicetur & potius commiſſiones ambiant more canum qui feras operiuntur *Ann. Robert. lib. 1. cert. judic cap. 7.*

De Rebus, quæ in cõmiſſionem veniunt.

27. Omnes itaq; cauſæ tàm quæ in prima quàm in ſecunda inſtantia deferuntur ad Cameram, faciunt, ut de iis commiſſio, & probationis delegatio fieri poſſit *Gail. 1. obſ. 1.*

Ideò

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-587861-p0016-2

Ideò nec per viam ſimplicis querelæ, neq; per appellationem de cauſis criminalibus capitalibus (peinliche ſachen die Leibs-Straffe auff ſich tragen) ex Camera commiſſio fieri poteſt. Reichs Abſcheid zu Augſpurg *de Anno* 1530. §. *item* als jetzt etliche Zeit Cammerg. Ordnung. *part. 2. tit. 50. §. ult. in verbis*, oder aber da die an Leibſtraff erheiſchte/ vnd ſolches offenbar *&c.* *& part. 2. tit. 28. §. Item* nach dem quod & de conſuetudine Germaniæ obſervatur Cammerg. Ordnung *part. 2. tit. 28. §. fin.* Reichs Abſchied zu Regenſpurg *anno* 1594. *ibi:* wenn eine einzige Perſon / ſonderlich der mit mit Mittel dem Reich vnterworffen auff freyen Landſtraſſen einen bößlich erſchieſſen/ oder eine dergleichen Mißhandlung thut/ ſoll er für den ordentlichen Richter / da er die That begangen/ beklagt werden. *Mynſ. cent. 3. obſ. 40. Geil. 1. obſ. 1.* Secus tamen eſt de J. civ. *l. 6. de appell. l. 29. C. de appell. l. 2. C. ſi pend. app. mors interv.* ni modò delinquens ſtatim puniri debeat *l. 4. l. 16. de appellat. Bender. de Reviſ. concluſ. 33. n. 23. & ſeq. Mynſ. cent. 4. obſ. 41. 42.* Sed ſi quis principaliter in Camera velut ſupremo tribunali velit nullitatem perſequi, id ei permittitur, decerniturq; citatio, & ſic cauſæ iſtæ criminales per viam nullitatis ſeu proceſſus nulliter inſtituti ad Cameram deducuntur, Cammerg. Ordnung *part. 2. tit. 28* §. Nach dem auß alten wolhergebrachtem Gebrauch im heiligen Reich zu wieder *&c. Mynſing. d. lo. & ita pronunciatum fuit in cauſa* Graffen G. zue Sayn *contra* Graff Herz zue Sayn / *menſe Julio Anno* 92. *Item:* D. Peter Hagen *contra* Hertzog Heinrich *Julium* zue Braunſchweig / *9. Junii, Anno* 1598. *Rutger. Ruland. lib. 2. c. 3. de commiſſ.*

28. In reliquis autem civilibus, uti & feudalibus etiamſi arduis, delegatio commiſſionis, quæ per appellationem ad Cameram devolvuntur, locum habere poteſt commiſſio, in quibus non deducta deducere, non probata probare permiſſum eſt *l. 4. C de tempor. & reparat. appellat. Beſold. c. 12. de appellat. n. 56. Gail. 1. obſ. 128. n. 8.* ſi quis tamen eadem probare velit, quæ in prima inſtantia deducta ſunt, non valebit; Nam tunc demum erit committendum, ſi fuerit impeditus in prima inſtantia deducere, ſecus ſi id commodè facere potuit, ſed noluit, ſaltem differendæ & protelandæ litis gratia contra *l.*

*13. pro-*

23. *properandum C. de Judic.* cum deceptis & non decipientibus jura ſuccurrant *l. 2. §. 2. ad SC. Vell. l. 37. §. 1. de minor. tt. C. ſi minor. ſe major. dix. Cacheran. dec ſ. 14.* Et ita etiam fuit limitatum in cauſa Henning vnd Hanſen Gebrüdere von Walde / *contra* Andres von Walde *de anno 1589.* Hic tamen excipimis feuda regalia de quibus Camera non poteſt cognoſcere. *lib. 1. feud. c. 18. apud quem vel quos controv. &c.* quæ ſibi ſoli judicanda Imperator reſervavit, ut quando de Ducatu, Principatu, Comitatu, Fürſtenthumb / Hertzogthumb oder Gravſchafften belangend / conſortio ſit Cammerg. Ord. *part. 2. tit. 7. Gail. lib. 1. obſ. 1. n. 31. obſ. 29. in fin.*

De Judice commiſſionis.

29. Ne proceſſus dicatur Nullus à competente Judice commiſſio petenda eſt *Pacian. de probat. c. 44. n. 2. part. 2. l. fin. de Jurisd.* Et commiſſio à non competente Judice facta ipſo Jure nulla eſt, etiamſi partium conſenſus adveniat *gl. in l. 1. in verb. nullo C. de ped. judic.* Et hæc exceptio incompetentiæ quovis tempore poteſt opponi *tex. c. cum olim, ibi: Abbas & Bl. de offic. delegat. Proſper. Farrinac. de teſtib. quæſt. 80. oppoſ. 42. Sebaſt. Vant. in tr. de Nullitate ex defect. Jurisd. n. 2.* Ideo etiam Commiſſarium compellere poteſt ad commiſſionem expediendam mandatis pœnalibus daß auch vom H. Biſchoff zu Augſpurg geboten werden ſoll / den benanten Official als Commiſſarien dahin zuhalten / daß er in der beſtimte Zeit die *Commiſſion* volziehe *Barth part. 3. fol. 151. lit. Q. & fol. 994. lit. C.* oder bey Gelds Poen ſich der *Commiſſion* zubeladen geboten werden *Mœnoch. arbitr. judic. quæſtion. caſ. 395. n. 6. lib. 2. cent. 3.* Ratio ne eluſoriæ reddantur ſententiæ *l. 65. §. 2. ad SC. Treb. l. 8. & tt. C. de Execut. rei judic.* & fruſtra inſtituuntur judicia, niſi ad finem deducantur *Ariſt. l. 1. polit. c. 8.* Et ſi ſuſceptam nolit continuare commiſſionem petuntur promotoriales contra eundem cunctatorem pro juſtitia exercendam. *Barth. part. 4. fol. 411. lit. a.*

De tempore petendi commiſſionem.

30. Ne itaq; quis nimis citò, aut nimis tardè petat commiſſionem, ſicq; jure ſuo cadat, tempus tenendum, quo commiſſio legitimè petenda. Et quidem tempus probationis ordinarium regulariter fieri debet poſt litem conteſtatam *tt. ut lite non conteſt. l. 7. §. 4. ff. quod vi aut clam.* Quando videli-

cet

cet Reus reſpondet: Ich bin der Klag nicht geſtändig / bitt mich darvon zu abſolviren. Et quo lites eò citius finiantur, actor aliquando hanc commiſſionem petit, quamprimùm ad libellum reſponſum fuit, etiamſi in puncto Reſponſionū, an ſc. ſufficientes ſint nec ne, nulla interlocutio à judice facta ſit Cammerg. Ordn. *part. 3. tit. 15.* §. weiter ſol. Reus verò defenſionales unà cum Reſponſionibus, vel ad minimùm ante admiſſionem primæ dilationis proponere debet Cammerg. Ordn. *part. 3. tit. 15.* §. zum dritten. Et Commiſſarios ſuos nominare debet Cammerg. Ordn. *part. 3. tit. 15.* §. weiter ſol. Quod ſi facere neglexerit judex ex officio ſæpè cum Reſponſiones pro ſufficientibus agnoſcit, aliquot menſes mit Beweiſung zu verfahren præfigit *Rutg. Ruland. lib. 2. c. 4.*

31. Quod fit, quando partes aliquot annis punctis Reſponſionum inhærent, dilationes petunt, & modo aptè modo ineptè ad articulos reſpondeant, parum curant, quo fit, ut ſæpè judicem ad interloquendum vel quaſi adigant, ſi itaque malitia talis partium appareat, poteſt judex ex officio tales litium protelatores mulctare, aut in favorem probationis ex officio ſub pœna præcluſionis viæ probandi nominationem Commiſſariorum intra tempus injungere Ihr Beweiſung zu thun, & ſic tres menſes reo præfiguntur ad probandum *Gilbaus. in arbor. judic. cap. 6. part. 2. tit. 2.*

32. Extraordinariè petitur Commiſſarius ante Litis conteſtationem, ut fit in Commiſſionibus ad perpetuam Rei memoriam *Gilbauſ. arb. judic part. 2. c. 6. art. 2.* Item in cauſis ubi non requiritur litis conteſtatio. Et in genere in omnibus dilatoriis exceptionibus *l. 13. C. de except. l. 21. de judic. Nov. 56. c. 3.* Uti practicatum *anno 1567. die 15. Decembris* in Sachen K. und G. von L. & Conſorten wider Herrn Ludwig und Albrecht Georgen / Graffen zu Stolbergk, & multis aliis locis *Dambud. in praxi rer. criminal. cap. 162. Marant. part. 4. diſt. 9. n. 70*

33. Publicatis verò atteſtationibus petitur commiſſio iterum vel ordinariè, ut in ipſa executione, in puncto liquidationis *Barth. d. l. f. 192. 273.* Item in oculari ac terminorum poſitione, quæ etiam poſt concluſionem fieri ſolet *Gilb.*

C *arb.*

*arb.judic.part.2.c.6.art.2.n.6.* Vel extraordinariè, quando ſc. poſt publicatas atteſtationes teſtes producuntur, qui non aliter niſi certis, & quibusdam ſolennibus requiſitis fieri ſolet *Innocent. ad c. audientiam* 11. *de reſcript.* aut quotiescunque judici ex officio reſcindere concluſionem, neceſſarium eſſe videtur, *Theſſaur. deciſ. 91.* oder iſt *ex officio* der gethane Beſchluß *reſcindiret*, vnd &c. die benandte Zeugen *ſub recognitione*, die angezogene *inſtrumenta* nochmals verhören zu laſſen vergönnet *Rutg. Ruland. lib. 2. c. 4.*

De dilationibus. 34. Quemadmodum verò ſecundum morem judiciorum Commiſſarii dilationem petunt Cammerg. Ordn. *part. 3. tit. 15.* §. weiter ſol auff dieſen Termin *& d. part. 3. tit. 16. in pr.* ſo alſo der Antwortter. Ideò quia cauſæ cognitionem requirit delegatio examinis teſtium *Clem. 5. de poteſt. & offic. jud. deleg. Proſper Farrinac. de teſtib. qq. 77. c. 13. n. 122.* & quod commiſſio ſit facienda cum cauſæ cognitione *Striaticus in obſ pract. c. 16. n. 17. 18.* Ita etiam & ſæpiſſimè datur dilatio ipſis partibus ad inchoandum & perficiendum examen, & quidem ſi pars illam petat à judice *Hart. Hartm tit. 12. obſ. 4. n. 2. lib. 1. Chilian* König *c. 71. n. 2. Moller. ad conſtit. Saxon part. 1. conſt. 16 n. 2.* De *Jure verò Canon.* tempus trium menſium in eadem provincia, in transmarinis novem menſes aſſignantur *c. ult. § ſpacium 3. q. 3. l. 1. C. de dilat.* Secus eſt, *de J. Saxon* ubi eſt tempus ſex Septimanarum, & trium dierum *conſtit. Elect part. 1. conſt. 16. Moller. ad conſtit. ibid. n. 2.* Landr. *lib. 1. art. 62.* §. Ein Zeugnis ſol man in ſechs Wochen vollziehen. De *Jure Camerali* illud arbitrio judicis relinquitur, ut is ſecundum perſonarum, locorum, aliarumvè rerum circumſtantias extendat, vel coarctet tempus illud dilationum Cammerg. Ordnung *part. 3. tit. 16.* §. vnd ſo derhalben *&* §. was aber die *dilationes Gail lib. 1. obſ. 91. n. 13. Coler. proceſſ. execut. part. 1. c. 2. n. 33.*

35. Datur autem regulariter una tantum dilatio *l. fin. ff. de feriis.* Interdum tamen etiam tertia & quarta *l. 6. l. 4. C. de dilation.* Cammerg Ordn. *part 3. tit. 16.* §. vnd ſo derhalben / *&* §. was aber die *dilationes*, cum cauſæ tamen cognitione *dd. lo. Mynſ. cent. 2. obſ. 52. & obſ. 24 Gail. 1. obſ. 91. num. 7.* Unde ſi calu-

lumnioſè petatur, judex pœnam imponere poteſt *arg.* eorum quæ tradit *Cagnol. in Rr.* Si quis jus dicenti non obtemperav. *n.4. Memorial. anno* 1577. §. welcher maſſen / *ibi*: weil darunter *protelatio* geſpüret / ſol man denſelben nach Ermeſſigung ſtraffen. *Petr. Anch. in c. conſtitutus de fidejuſſ. per ex. l. ſi quis dicat. 5. de manumiſſ. Severol. in tr. de remiſſ. c. 24. n. 1.* Quid an quinta detur dilatio vide *Gilhauſ. in arbor. judic. cap. 6. part. 2. art. 2. n. 18. deciſ. Rotæ Bonon. 45. n. 1. & 2. cum ſeq. 2. Azo in ſumma Cod. de dilat.*

36. Cum commiſſio ſit ſtricti juris *Mangon. deciſ. Rot. Florent. 87.* Et ideò tantum perſonas & res comprehenſas complectitur *Burſat. conſ. 395. n. 15. vol. 4.* Ideò formam & tenorem commiſſionis diligenter inſpicere ejusque verba ad unguem obſervare debet *Menoch. conſil. 263. n. 15. Vant. de Nullit. ex defect. Jurisd. deleg. num. 91.* ad exemplum Mandatarii *l. cum mandati C. mandat. l. diligenter ff. mand. Durus de Paſculo in auri polit. reg. 40.* Cùm etiam delegati Jurisdictio ſit ſtricti juris *c. fin. de reſcript. in 6.* & in uno articulo jurisdictionali delegato, alter non cenſetur delegatus *c. ſuper quæſt. §. 1. de offic. delegat.* Unde transgreſſor mandati interdum capite plectitur *l. 3. §. in bello de re milit.* Ex ea cauſa etiam Poſthumum Dictatorem A. Poſthumum filium ſuum, quia non ipſius juſſu, ſed ſua ſponte præſidio progreſſus hoſtes fuderat, victorem ſecure feriri juſſiſſe legitur, & aliud exemplum legitur de *Doctore* Breitenbach *apud Otton. Meland. in Iocoſeriis n. 188.* in verbis: Ihr habt wol gnug verrichtet / ihr ſeyd aber meinem Befehl nicht nachkommen / thut mir es nicht mehr.

De acceptatione cõmiſſionis.

37. Poterit tamen Commiſſarius re ita exigente ad alia etiam deſcendere vigore ſuæ commiſſionis: Sic ſi ratione alicujus contractus commiſſio facta ſit, & de fructuum, uſurarum vel intereſſe cõroverſia incidat, eã Cõmiſſarius etſi hic ſpecialiter & nuncupatim in commiſſione non ſit expreſſum, poterit tamen tanquam articulum connexum, & cauſæ principalis neceſſarium expedire *c. prudentium §. ſi verò extr. de offic. delegat. c. acceſſorium d. reg. jur. in 6. l. 2. 4. C. de act. emt.*

& aliàs in generali mandato, cenſentur eſſe conceſſa omnia, ſine quibus ipſum mandatum expediri nequit *c.ſanè c.prætereà c.ſuſpicionis de offic.delegat. cl.1.de Reſcript.Everh.in topic.in lo.* ab æquipollente. Ideò etiam clauſula illa in omnibus expediendis commiſſionibus adjici ſolet. Vnd ſonſten alles anders thut/gebietet/verbietet/handelt was die Nohtturfft hierinnen erfordert/vnd ſich rechtlicher Ordnung nach gebůret. *Joſeph.Ludovic.deciſ.117.n.21.Pariſienſ.conſil.61.n.28.vol.2.Barbat.Sicul.in Rr.extr.de fide inſtrum.*

38. Aut ſi articulus dubius in commiſſione incidat committentem conſulere, ejusque interpretationem petere debet *c.31.de ſentent.excomm.c.2. de offic.deleg.c.cum veniſſent de judic.l.1.C.de LL.Gail.1.obſ.35.n.5.* Quod tutius ſi modo occaſio & tempus; Ni forſan, ſi res aliter opinione cadat, in vitæ periculum deducatur, cùm aliàs fines negotii præſertim Magnatum diligenter ſint cuſtodiendi *l. diligenter ff.mand.l.ſed etſi pupillus §.conditio de Inſtit.act.* ſecundum verſic.

*Quis neſcit longas Regibus eſſe manus.*

Hodiè apud nos conſuetudinis eſt, vel univerſitates Scabinatus, vel JCti conſulantur in articulo dubio, uti in Saxonia videmus, quod magnam ſimilitudinem habet cum jure antiquo *§.8.I.de I.n.g.civ.l.fin.C.de LL.*

39. Si in caſibus non permiſſis commiſſarius ſubdeleget actus ipſo jure redditur nullus *l.3.de offic.præſid.l.5. C.qui pro ſua Iurisd.Rebuff.de Inquiſit.ſeu commiſſ.art.11.in gl.unic.in fin.* Ideò quærunt, Au Commiſſarius vices ſuas alteri ſubdelegare poſſit? Quidam negant ſecundum *c.fin.de offic. delegat.l.unic.§.fin.C.de caduc.toll.l.ſervus ſi hæc de ſtat.lib.Proſper.Farrinac.lib.3.c.3.n.150.tit.8.q.77.de teſtib. Didac. Peretz. de ordin.lib.2.tit.5.de Notar.Bernh.Græv.concl.97.conſ.1.per tot.* quæ ſententia etiam obtinuit in cauſa Bodenhauſen contra Raven *Roland.à valle conſ.23.n.16.& 17.vol.1.Rebuff.in conſtit.regiis de reſcript.in præfat.n.19.& art.2.gloſſ.11.* Quidam affirmant præſertim de delegato principis, quod nos etiam affirmamus, quod poteſt etiam invitis partibus *c.ſuper quæſtione §.ſi verò de offic.deleg.* Licet aliàs regulariter delegatus non habeat propriam jurisd. ſed mandatum, ſicque alieno beneficio utatur

li.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-587861-p0022-5

l. more majorum 5. l. ſeq. de juriſd. omn. judic. c. fin. §. fin. de offic. & pot. jud. deleg. fallit tamen uti dixi in delegato principis, qui in cauſa ſibi commiſſa major eſt quovis ordinario judice c. ſane 11. de offic. delegat. c. paſtoralis 28. §. præterea de off. & pot. jud. ordin. qui ordinarius judex ſubdelegare poteſt l. un. C. qui pro ſua juriſd. & ita etiam pronunciatum in cauſa Tübingen contra Abbatem in Fultenbach Gail. lib. 1. obſ. 97. n. 7. Ioſeph. Gonzalez. variar. quæſt. c. 19. n. 18.

40. Antequam ad actum commiſſionis accedit, mandatum Commiſſarius aut partibus exhibeat de commiſſione examinandorum Petr. Bennutand. deciſ. 74. n. 3. Literis itaque probet delegationem l. 1. l. probibitum C. de jur. fiſc. Cum delegatus nullam habeat ex ſe juriſd. l. 5. de juriſd. Et ideò non præſumitur delegata juriſd. l. 1. C. de mand. princip. c. cum in jure peritus. 31. & ibi gloſſ. ac Dd. de offic. delegat. Reuſner. lib. 3. deciſ. 14. Nec ullus Legatus aut Commiſſarius honore afficiendus niſi literas legationis aut commiſſionis vulgò Credentzſchreiben exhibuerit. Ideò Germani dicunt, Wo Befehl legen / docet poſt gloſſ. Archidiaconi Caſtrenſem, Bartolum, Barbat. Baldum, Boerium, Speculatorem, Pacianus de probat. lib. 1. cap. 33. num. 62.

De proceſſu poſt traditam cõmiſſionem, quē obſervet.

41. Quod procedit; Si Commiſſarius partes legitimo modo prius citaverit, quæ citatio omitti nequit, ac ea omiſſa, proceſſus erit nullus l. de unoquoq; de re jud. clem. paſtoralis de re judic. §. fin. de pœn. tem. litig. l. 47. & ibi gloſſ. ff. de re judic. c. quoniam de probat. c. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Chilian. König in proceſſ. c. 24. n. 1. & ſeq. Ideò & Deus citationem induxiſſe dicitur ſecundum c. 3. Geneſ. verſ. 9. in verbis: Vnd Gott der HErr rieff Adam/ vnd ſprach zu jhm/ wo biſt du? Rebuff. de citat. n. 22. & 30. in præfat. Et dicitur Juris divini eſſe c. Deus omnipoteus 2. quæſt. 1. Dambud. in praxi rer. civ. c. 14. n. 3. Et juris naturalis Gravett. ad Veſtr. lib. 5. cap. 14. n. 7. Port. conſil. 29. n. 4. Gravett. ad praxin. Veſtr. lib. 3. c. 2. n. 22. Citato autem Commiſſarius det titulum convenientem nec majorem quàm convenit, quod non eſt Commiſſarii, ſed paraſiti, in quo tamen noſtri Germani ſæpiſſimè peccant, cum dicunt, Tittel koſten

kein Geld/ vnd ein jeder iſt jtziger Zeit ein *Dominus*, quem tamen exceſſum rectiùs Hiſpani & Galli moderantur.

42. Quæritur; An & die feriato commiſſio expediri poſſit, ut teſtis examinetur, &c. diſtinguendum puto: Aut agitur de ipſo actu productionis, de Legitimatione Commiſſarii, de Contumacia, &c. Sicque de actu contentioſæ Juriſdictionis, & tum commiſſio diebus feriatis expediri nequit *l.1. de feriis l.ult. C. de judic. c.1. extr. de feriis. Setzer. de Juram. c.20. n.1. Rebuff. de teſtib. gloſſ. 10. n. 67.* Nec reprobatio teſtium *n.24.* Niſi neceſſitate urgente *Anton. Theſſaur. in lib. de Notar. Error. c.12. n.2.* Aut agitur de iis, quæ finito actu productionis à Commiſſario fiunt, ibi puto: Ea die feriato per judicem expediri poſſe; Cum in actibus, voluntariæ Juriſdictionis non attendantur feriæ *l. actus 8. C. de feriis l.ult. de ſalv. interd. l.2.3.4.10. C. de feriis.* Sicut & arbitratores, qui Commiſſariis æquiparantur diebus feriatis procedere poſſunt *l.76. ff. pro ſocio. l. fideicomm. 46. §. quanquam. de fideicomm. libertat. c.1. extr. de feriis Specul. in tit. de arbitr. §. fin. n.80. Proſper. Farrinac. de oppoſitione contra teſtes quæſt. 81. n.56.*

43. Citati itaque teſtes compareant, niſi legitimam excuſationis cauſam habeant: Cauſam autem excuſationis juſto tempore oblatam ſtatim in præſentia partium comparentium Commiſſarius prælegat; Eam ob cauſam, ut ſi partes cauſas allegatas falſas eſſe in continenti doceant, eo faciliùs contra illas procedere queant; Cauſæ enim quamplurimæ ſunt excuſationis, ut paupertas, quando pars citata ex defectu ſumtuum in locum citatum venire nequit: Item ſi Nobilis ita ſeſe excuſat, daß er mit Roſſz vnd Wagen nicht verſehen: Ex Germaniæ tamen conſuetudine, teſtes ſumptibus producentis compareant: Ideo etiam in citationibus dici ſolet, daß ſie auff des Producenten Vnkoſten erſcheinen ſollen. Ita & propter morbum tam ſui *l.60. de re judic. l.55. §. 2. de re judic.* & uxoris *l.36. de jud.* Quod tamen hodie in praxi non attenditur, teſtatur *Johan. Jacob. Laurent. c.14. n.116.117.*

44. Partibus citatis & venientibus curet Commiſſarius, ut legitiment ſuam perſonam mandato procuratorio

aut

aut curatorio exhibito *arg.* §. 3. 5. *J. de ſatisd.* comparens enim alterius nomine mandatum producere debet *l. ſi quis* 3. § *procuratorem. judic. ſolo. c. 1. de procur.* Et licet pars adverſa non expetat mandatum, Commiſſarius tamen de mandato inquirat *Vant. de nullit. ex defect. mandat. n.* 64. Niſi ſit perſona conjuncta *l. maritus* 21. *C. de procur. l. ſed & hæ perſonæ l. exigendi C. de procurat.* ut filius pro patre *l.* 12. *C. de procur. l.* 35. *in pr. ff. de procurat. Mynſ.* 3. *obſ.* 35. *Guil. lib.* 1. *obſ.* 133. *n.* 7. *Chaſſani Rr.* 4. §. 5. *in pr. n.* 48. Adeò ut ſi non plenum ſit mandatum procuratoris, aut minus ſufficiens tàm Commiſſarius, quàm Judex illud rejicere, & ut plenius producatur, injungere poteſt. Ne tamen hoc caſu actus commiſſionis novo mandato conficiendo & producendo ſuſpendatur: Commiſſarii procuratorem admittant ſub hac quæſtione, ut ſtipulata manu promittat, ſe durante adhuc actu plenius mandatum producturum . daß er ſeine Perſon beſſer legitimiren wolle / & hanc cautionem tàm ſuo quàm principalium nomine præſtat, uti pronunciatum in cauſa der dreyen Gemeinen zu Sultz *contra* Fleckenſtein *Vivius deciſ.* 149. *n.* 3. *Ioſeph. Ludow. concluſ.* 31.

45. Ne autem fraus aut dolus committatur, illi, qui in commiſſione adhibentur, debent juramentum præſtare Cammergerichts Ordnung *part.* 2. *tit.* 4. §. So dann. *ibi:* Pflicht vnd Eyd thun/wie hernach folgt. Secundùm formam, quæ traditur *in c. dilecti de majorit. & obed. c. cum conſuetud. de conſuetud.* Commiſſarius autem antequam juramentum deferat, diligenter jurantes de perjurio, ejusque pœnas temporalibus & æternis commonefaciat, & perjurium Deum habere vindicem ſeriò inculcet, &c. *Vivius deciſ.* 120.

46. Cum autem ſæpiſſimè fit, ut ſubditi contra dominum producantur ad examinandum. Ideò à parte adverſa petatur juramenti relaxatio, quod niſi fieret, neveque ſubditus prius juramento relaxaretur, magno periculo perjurii oneraretur Cammerg. Ordn. *part.* 2. *tit.* 4. §. Dieſelben *in verbis:* Aller Gliebt vnd Eyd in der Sache/ oder Sachen/die alſo für ſie in Raht bracht werden / ſo lange die vnentſcheiden hangen/ledig ſeyn. Et ita etiam viſitatores à juramento relaxantur, & novo juramento aſtringuntur, ut & perſonæ Camera-

les à viſitatoribus dum viſitantur Cammerg. Ordn. *part.3.tit.53.§.* Darauff ſollen *in verbis:* Vnd die *Commiſſarii* vnd Rähte von newen zu ſolchen Sachen/ in maſſen hernach folget/ſchweren ſollen. *Sichard.in l.eos teſtes n.4. C.de teſtib.* Quæritur autem à quo an ab Eccleſiaſtico, an verò politico Magiſtratu debeat relaxatio juramenti fieri. Hoc in caſu poſterius affirmo *l.fin. de re militar.l.fin. qui ſatisd. cog. l. 1. C. qui milit. poſſunt vel non l.adigere §.fin.de jur.patr.* Non obſtante Jur. Can. *c.novit. de judic. c.venerabilem de electionib.c.cum contingat de jurej c.fin.de foro compet.in 6.* Ubi ex doctrina *Bl.in l.1. C. de oper. libert. n.3.* Canoniſtæ omnia ad ſuum Imperium, & ſua Molendina trahere anxiè laborant *arg.* Cammerg. Ordn. *part.2.tit.26.Gail.1.obſ.25.Myn.cent.3.obſ 99.* Magenhorſt *ad ordin. Camer. part. 2. tit 24.* Imperator tamen, quod & de conſuetudine obſervatur *Fichard.conſ.133.german. n.18. Fachin. lib.3. cap.13. Leonin. conſ.3 n.9.*

De articulis.

47. Commiſſarius autem teſtes examinet ſuper articulos aliàs teſtis nihil probat *cap.de teſtib 29.& ibi Dd. extr. de teſtib.* Uti pronunciatum in cauſa Bodenhauſen contra Raven *Rutg.Ruland.de commiſſ.lib 1.c.1.part.3* Cum ii præcipuum objectum ſint commiſſionis, & ideo inſtituti,ut teſtes clariùs deponant, & exactiùs examinentur *c. præſentium de teſtib in 6.* Ideoque oculatim & maturè ipſi advocati forment Libellos,ſeu primas petitiones ſuas, cum ex iis deinde ſint formandi & excipiendi articuli, in quibus tota vis conſiſtit tàm ex parte actoris, ad ſuam fundandam intentionem, quàm ex parte rei ad dicta eludendum, & ad ſuam exceptionem fundandam *l.1.l.in exceptionibus de except.Bl in l.ſi quando. C.de teſtib.Specul.in tit. de poſit. §.3.n.3.* & ad eos omnia tanquam ad Lydium lapidem ſunt referenda *Berous c. 1. de reſtit. ſpoliat. Burſat.concl.88.n.23.Mynſ.cent.1.obſ.32.* Unde etiam dicit *Muſcatellus praxi aurea parte 5.gloſſ.impertinentes n.10.* Hanc artem articulandi, ſummum inter cauſidicos tenere gradum, & apud Italos,in articulis multa eſſe plena periculis *Vrſill. ſuper ſeptima deciſ.Virgin. de Bocar de lit.remiſſ. c.5.n.4. Aſin. in ſingul.execut.tract.3.c.83.* Ideò dicunt noſtri pragmatici, Wer wol

li-

libelliren / articuliren / vnnd concludiren kan / der iſt ein guter Advocat.

48. Sit autem pars ſollicita, ut breves ſuccinctos & neceſſaria continentes articulos conficiat, *Lancellot. de offic. prætor. in cauſ. civ. in tit. de capit. n. 10.* Nam ſi ſuperflui ſint Judex ex officio eos rejicit *Aſinius de Execut. §. 3. cap. 171. n. 1.* itaq; caveant ſibi callidi Advocati, ne articulos multiplicent *l. ult. C. de ſent. & interl. omn. Judic.* Et deſumantur ex partibus ſubſtantialibus libelli *Bl. in l. vinum 22. de reb. credit. per tx. clem. ſæpè de V. S. Speculi in tit. de Teſte. §. nunc videndum in pr.* ut ſi agas de dominio, conſidera, quæ tibi ſunt neceſſaria in probatione ejus, quæ proponuntur *l. 12. & tt. C. de probat. Termin. in proceſſ. c. 36. Alex. conſil. 166. n. 6. vol. 6. Specul. d. lo.*

49. Prima autem cura ſit Commiſſarii circa articulos, ut transmittat eos partibus, quo interrogatoria conficere tanto rectius poſſint *Rutger. Ruland. part. 3. lib. 1. c. 1.* Niſi id fiat, examen eſt nullum in cauſa Tratz contra Newenar. Iis autem confectis; tunc & teſtis ſuper iis interrogatoriis examinari debet, *Pacian. de probat. c. 64. n. 59.* Nî fiat, non erit perfectè examinatus teſtis *Farin. q. 70. n. 42. de Teſtib.* Et integrum hoc examen, licet non nullum, ſuſpectum tamen redditur *Mœnoch. conſil. 311. n. 26.* Et ob id Malitioſus creditur Commiſſarius *Bl. in Margar. in verb. teſtis debet examinari.* De Interrogatoriis.

50. Sunt autem interrogatoria Quæſtiones, quæ à parte contra quam impetrata commiſſio ad indagandam veritatem, vel circa ipſas perſonas, vel rei circumſtantias formantur *Marant. part. 6. de Interrog. product. nu. 2. Ferrar. Montan. in proceſſ. de teſtium examin. lib. 2. c. 6. §. pro qua Specul. d. c. teſtibus §. nunc. de Interrogac.* Quorum forma extat in *c. præſentium de teſtib. nu. 6.* Et ſi teſtes examinentur ab una parte, poteſt altera pars dare ſua interrogatoria & ſuper illis datis debet Judex vel Examinator prædictos teſtes examinare *Farinac. de oppoſit. contr. teſtes quæſt: 73. n. 2. Cravett. conſ. l. 35. n. 6. Speculat. d. lo.*

51. Pars autem contra quam impetrata commiſſio interrogatoria conficere debet, non Commiſſarius, quod conſultius eſt, & ex re ipſa partium, ut hoc laboris in ſe ſuſcipiant, & prodeſt etiam ad ſumtus ſublevandos *Berous. in c. licet cauſam n. 9. de probat. Crav. concl. 93. conſ. 2. coron. n. 12.* ſi autem pars planè non compareat contra quam teſtes producuntur, vel comparet quidem, ſed confectionem interrogatoriorum Commiſſarii diſcretioni committat, tum ipſe ex officio interrogatorta conficere poteſt. *l. ubicunq; 23. de Interrog. act. c. cum cauſam 37. extr. de teſtib. Aſin. in exquiſito de Execut. tract. §. 3. c. 304. Geil. lib. 1. obſ. 95. n. 8.*

**De Rotulo.** 52. Fidelis autem ſit Commiſſarius, ut depoſitiones atteſtationum conſcribat & in certam ſcriptionem redigat, nevè quidquam addat, aut detrahat *Rebuff. de Inquiſit.* Et in confectione rotuli reſcribat Imperatori aut inferiori Judici, ſibi traditam commiſſionem, illamque ſe eo, quo injunctum modo perfeciſſe, Rotulumq; hunc clauſum transmittere, *Tatius. in præſtit. Cancellar. fol. 11.* Regulariter autem rotulus ſit clauſus partibus *l. nullum C. de teſtib.* Ut & teſtibus, ne unus ſciat, quod alter depoſuit *Aſin. in prax. judic. §. 21. cap. 4. n. 1.* & 4. Lanfranc. *c. quoniam in verb. teſtium de probat.* & refert poſt *Jacob. de Nigris & Liminald.* atteſtationes non ſigillatas non facere fidem *Aſin. d. lo. 2.* Requiritur, ut Commiſſarius ſubſcribat, & adjunctus Notarius *per l. Judices ibi ddd. ac gloſſ. C. de fid. Inſtrum. Sigiſmund. Scac. de Judic. c. 67. n. 17. Proſper. Farrinac. de oppoſit. contra examin. teſt. lib. 3. tit. 8. quæſt. 77. n. 43.* ac ſigilla pixidi inſculpta appendat *Rebuff. in tr. de Inquiſit. ſeu commiſſ. art. 18. & 19. n. 12.*

## Deo Sit Gloria.

Corol-

# Corollaria.

## *Ex Jure Civ.*

1. Iræ motus minuit pœnam, ita ut homicidium calore iracundiæ factum, ſit aliquo modo excuſabile.
2. Baculo percutiens aliquem actione tenetur injuriarum: Quid ſi clericum? graviùs punitur, attenta loci, temporis, perſonæ &c. qualitate.
3. An beneficium provocationis ſtatutis alicujus populi aut civitatis è terris imperii tolli poſſit? N.

## *Ex Jure Feudali.*

4. An feudum absq;, conſenſu domini hypothecari poſſit? N.

## *Ex J. Saxon.*

5. Utrum Mulier de J. Saxon. *mortis* cauſa donare poſſit? A.

## *Ex Jur. Cameral.*

6. An vicarii Imperii de feudis Regalibus cognoſcere & judicare poſſint? N.

*FINIS.*

# *Errata.*

*In th. 11. in Verbis ex Legitimo, pro ex illegitimo. In th. 13. imitarunt, pro imitati ſunt, in th. 18.* einen ehren / *pro* in Ehren *: in th. 23. regularitur pro regulariter. in th. 26. in Verb. Itaqꝫ ex urbanitate, pro: ubi ex ubarmitate & in th. 26. in Verb. fin. ibi : qui feras operiuntur: pro: qui feris opevantur.*

Si errata quædam occurrant, ignoſcas, benevole Lector, brevitati temporis, rogo.

01 A 6573

ULB Halle 3
003 090 345

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-587861-p0031-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-587861-p0032-0

17

# DISPUTATIO
*De*
# COMMISSARIIS,
*deſumta*
## Ex jure Civili, Canonico,
## Feudali & Camerali,

*Quam*

Jehova feliciter adjuvante

Ex decreto & Auctoritate

*Magnifici & Nobiliſsimi JCtorum ordinis in hac Salana florentiſſima*

Sub Præſidio

Viri Ampliſſimi Clariſſimi & Conſultiſſimi

**Dn. WOLFGANGI WERTHERI**

Mülpfohrt/ J.U.D. P.P. Curiæ provincialis, ibidemq; Scabinatus Aſſeſſoris digniſſimi Fautoris & Præceptoris ſui omni animi cultu honorandi.

*Pro licentiæ inſignibus, privilegiis & immunitatibus in utroq; jure conſequendis ad diem 12. Julii.*

Publicæ disquiſitioni ſubjicit & proponit

**JOHANNES Reuter Bitterfeldâ Saxo.**

Plat. in Hipp. maj. Talia quidem noſtra ſunt, non qualia quis optaret, ut trito proverbio fertur, ſed qualia eſſe poſſunt.

JENÆ
Typis JOHANNIS BEITHMANNI, 1621.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-587861-p0033-6